Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Zwei Kolleghefte - Cod. Ettenheim-Münster 161

Clasmann, Clemens

[S.l.], 1619

De porphyre lisagoge

urn:nbn:de:bsz:31-114235

Visual Library

quæ argumentandi formam tradit.

Secunda Divisio Logica Artis in 6. partes dividitur. quarum 1.ma (quæ uno libro prædicamentorum scilicet absolvitur) de materia remota Argumentationis simplicib. videlicet terminis sive vocibus. 2.da (quæ duos libros de interpretatione) de eiusdem materia propinqua nimirum propositionibus. 3.a (quæ duobus libris priorum Analiticorum continetur) de Argumentatione ac potissimum de Syllmo generatim. 4.ta (duobus videlicet libris posteriorum Analiticorum) de Syllmo demonstrativo, et qui ei opponitur Pseudographo. 5.ta octo scilicet libris Topicis de Syllmo Dialectico sive probabili. 6. duobus libris Elenchorum de Syllmo Sophistico agit.

Tertia Divisio. 3. dividitur Logica pro numero operationum intellectus ad quas dirigendas Logicam inventam esse docuimus in tres partes. Quarum 1.ma dirigit primam operationem intellectus videlicet rerum simplicium apprehensionem tradendo modum rem quamvis in se recte intelligendi, cui parti in Logica absolute considerata respondet pars definitiva, in Logica vero Artis liber prædicamentorum. 2.da dirigit secundam operationem intellectus videlicet Compositionem, docendo rationem simplicia recte componendi, cui respondet pars divisiva, vel libri de interpretatione. 3. dirigit sive perficit tertiam operationem intellectus, discursum seu Argumentationem docendo, quo pacto rerum ex alio recte colligatur, et huic respondet ea pars Logicæ, quæ agit de Argumentatione, eiusque speciebus, inter quas præcipue est Syllogismus.

Prima operatio intellectus quâ simpliciter rem cognoscimus, ei negando, vel tribuendo, ut cognoscimus, Angeli &c.

Secunda In qua aliquid alicui attribuimus ab eo removemus, uti Deus est sum:

Tertia In qua non modo cognoscimus, et alii attribuimus, sed unum ex alterius gimus interiecta particula erg igitur. Conimb. 2. 63.

De Porphyrii Isagoge.

Id est introductione in Categorias Artis.

Porphyrius et eius patria.

Author huius libri est Malchus cognomento Porphyrius, Platonicus Phis, natione Phoenix, patria Tyrius, vel ut Baronius tom. 2. Annal. suorum mult natione Iudaeus, patriâ Bathaneotes utpote Bathaneae in Iudaea oriundus. Primum quidem Christianus vixit temporib. Aureliani et Diocletiani, ut refert Suidas circa annum Domini ducentesimum decimum octavum à Christianâ religione pp furorem quem conceperat contra nonnullos Christianos defecit, ut habetur lib. 7. Tripartitae historiae c. 3. Seq. de inceps acerrimum fidei hostem praebuit de quo inde D. Aug. cum alijs locis, tum maximè 19. lib. de Civitate DEI c. 23. dictus fuit Porphyrius à veste purpureâ quapropter nobilitate utebatur, discipulus fuit Plotini et Longini, Condiscipulus Originis. Praeceptor verò cum aliorum tum Chrysaorij Patricij Romani cui librum hunc dedicavit.

Institutum eius est hoc libro tradere institutionem 5. Vocum, Generis, Speciei, Differentiae, Proprij, et Accidentis, q non parum lucis affert ad intelligendas Artis categorias, cum ijs etiam de vocibus simplicib. et univocis agatur.

Inscriptio varia est. Boetius hanc ee putat: Porphyrij, introductio in Artis praedicamenta in Graecis Codicib. hoc tm est Ροεφύεν ἐσαγωγή, quod Ammonius per Antonomasiam dictum putat, eò quod haec introductio praestantissima sit, quia munit viam vel ad ipsam Phiam vel sane ad Dialecticam, q omnium scientiarum et artium via est. Recentiorum nonnulli de 5. Vocibus librum inscripserunt, quasi de solis vocibus hic ageretur. Alij de pdicabilibus, eò quod haec quoq de pluribus pdicentur.

Distributio.

Distribuitur liber in Prooemium et Tractationem. Tractatio rursum dividitur in eam partem q de singulis vocibus agit sigillatim: Et in eam, q illas inter se confert. Quo ordine sit explicandus facile patet: Cum

n. sit introductio ad reliquos libros, dubium n. est quin 1.mo loco tradi debeat. Refertur autem ad eam phiæ partem, in qua ipsa Logica est, quæ scilicet de sermone agit.

Præfatio Porphyri ad Chrysaorium.

In hac pfatione Auditorem attentum reddit Porphyrius, dum utilitatem operis recenset dicens esse valde necessarium quinq Vocum cognitionem ad pdicamentorum drnam. Utilem vo ad assignandas definitiones, ad divisiones et demonstrationes conficiendas. Docilem reddit eo ipso quo pollicetur se de his acturum paucis perspicuè et difficilioribq qstionibq omissis: Benevolentiam autem captat, dum Utilitatem et perspicuitatem proponit.

DUBIUM. I.

Sitne Logicæ cognitio istorum pdicabiliu ad categorias cognoscendas necria.

Pro resolutione huius dubij notandum 1.mo ex Arte 5. Metaph. c. 1. et D. Thom. 3. p. q. 1. a. 2. aliquid et necrium dupliciter. Primò absolutè quod videlicet aliter se habere non pt nullo habito respectu ad aliquid extrinsecum. Quo modo necessarium est quod pp aliquam caam infimam atq essentialem necessarium est, maam scilicet et formam, sic pp maam absolutè necessarium est, hominem esse corruptibilem propter formam essentialem. Secundò ex suppositione sive hypothesi, quod ex se quidem aliter se habere pt, et hoc duplex est. Alterum à caa efficiente, quando videlicet posita caa efficiente aliter se habere non potest, sic necesse est aquam calefieri, si ignis admoveatur, et sagittam sursum proiectam ascendere, et oriente sole diem illucescere. Alterum à caa finali quod scilicet posita caa finali necessarium est, Et hoc rursum duplex est,

necessarium dr. replex absolutè

ex hypothesi et rursum est replex

alterum à caa efficiente

Alterum à caa finali

necessarium rursum à causa finali duplex.
Simpliciter.
necessarium secundum quid.
Conimb. 1. 61.

necessarium videlicet simpliciter sine quo finis omnino haberi non potest, sic vivere volenti necessarius est cibus. Et necessarium secundum quid sive ad bene esse, sine quo finis commodè haberi non potest, quo modo in Italiam ire volenti necessarius est equus. In hoc dubio tantum loquimur de necessario ad finem.

Notandum 2.do vel hic quaeri de cognitione praedicabilium absolutè vel de hac ipsa tractatione Porphyrij. Si igitur de Porphyrij tractatione quaestio est respondetur eam non simpliciter sed ad bene esse necessariam esse. Prior pars probatur tum quia ipse Porphyrius et multi alij antequam hic liber conscriberetur intellexerunt Categorias Artis, tum quia similis tractatio ab alio quopiam conscribi potuit. Posterior pars probatur quia magnâ dexteritate et brevitate de his 5. vocibus Porphyrius egit. Si verò quaestio est de cognitione praedicabilium absolutè, respondetur eam ad intelligendas categorias Artis simpliciter esse necessariam. Probatur 1.mo quia in singulis praedicamentis ponuntur genera, species et ex latere differentiae. Praeterea singulorum praedicamentorum proprietates et accidentia investigant, quae omnia neque rectè cognosci neque alia sub alijs rectè in praedicamentis collocari possunt sine praedicabilium cognitione. Probatur 2.do quia Artes in suis praedicamentis interdum meminit species, generis, Proprij, et differentiae.

praedicamenta cognitio ista simpliciter est necessaria.

Objicies. Si haec cognitio simpliciter est necessaria, quo reprehendendus Artes quod eam non tradiderit. Respondetur non esse reprehendendum Artem, quia nonnulla in Topicis de his vocibus tradit; ex quibus possunt depromi facilè, quae ad intelligendam praedicamentorum doctrinam necessaria sunt.

DUBIUM 2.dum

Utrum bene dicat Porphyrius praedicabilium cognitionem esse utilem ad Divisiones Definitiones, et Demonstrationes.

Quod non bene dicat probr. quia tam necessaria ē ad drnam divisionis, Definitionis, et Demonstrationis, horum cognitio, quā ad doctrinam prædicamentorum. g.o non bene dicit. Probr. antecedens, quia sine his impossibile est cognoscere definitionis, divisionis, et demonstrationis naturam. Respondr. 1.mo cum Conimbricensibus hoc loco Utile hic idem significare quod necessarium ad finem. Respond. 2.do quod, quando dicit Porphyrius horum p̄dicabilium cognitionem ad ista tria ē utilem, ijs verbis neget ē necessariam, quemadmodum nec is, qui hominem fortitudine et iustitiâ præditum fortem ē negaret, qui iustum illum appellaret. Quod autem non expresse ad hæc tria illam cognitionem necessariam ē dixerit, sed utilitatis vocabulo utatur, id more hominum facit, qui ea magis augere solent, q̄ ad suum institutum pertinent. Erat autem Porphyrij institutum introductionem ad Categorias Artis intelligendas, quod Chrysaorius postulaverat conscribere, ac propterea ad illarum doctrinam necessarium cognosci dicit: Ad reliqua verò huiusmodi cognitionem utilem esse asserit, neq adijcit ē necessariam, quia de his Chrysaorius nullam mentionem fecerat.

obiectio.

Conimb. 1. 22.

DUBIUM. 3.

Utrum Porphyrius recto ordine has voces enumeraverit?

Ratio dubitandi est, quia dum ad explicationem venit statim in præfatione Ordinem positum immutat g.o aut hic enumerando aut illic explicando legitimus Ordo à Porphyrio servatq̄ n̄ est. Respondetur, Porphyrium utroq loco bene dixisse fecisseq, atq hic quidem ordinem nāæ servasse, illic verò ordinem doctrinæ, Ordo n. drnæ is est, quem in rebus gignendis cernimus, ubi primò disponitur materia,

Definio Ordinis drn.